Quaestio medica Quodlib. disputationibus agitanda In Scholis Medicorum die Jouis 4 Decembris M. Claudio Rebours Moderatore.

An triplicis Coctionis triplex praeparatio, Succus et Excrementum?

Natura in omnibus provida cum humanum corpus et omnium temperatissimum, ita maxime immortale sine ex nobilissimis principiis moliretur, seminique undiquaque varias facultates sive temperamenti et qualitatibus consequentes effectus indidit, quibus quamvis inanimatum animal ita gignendo, et efformando, ex sanguine menstruo in se utramque bilem et pituitam continente quod quantumque competeret, attrahendo, uniendo, et assimilando sibi pristinam postmodum molem et magnitudinem compararet.

Itaque natura facultatibus primis instructum generatricem scilicet et alteratricem formatricemque; composita hac quidem, ex omnium ita etiam diutius superstite, illa vero multiplici, altera deinde nusquam otiosa, et auctrice nisi penitus evanescente, postmodum inclusis in se spiritus opera principes partes ita molitur, ut primo quidem harum facultatis in animantibus quam in stirpibus perfectioris sedem produceret, deinde vero cor ad caloris provideret necessitatem, tum denique cerebrum ipsum quo foetus antea non indigebat, ultimum effingeret.

Quoniam vero perfici hisce solis partibus animal tam perfectum animal non poterat, nisi insuper triplicis substantiae casu a nativo calore caelitus omnium operum authore et ambiente consumptum, alimenta multiplici alteratione praeparata, sit pro alendae rei maxime dissimilia substituerentur, huic operi varia instrumenta naturam nihil imperfecte molientem oportuit accommodasse.

Hinc igitur sibi potissimum instrumenta confingendo, et eadem quae in ore sunt trituram subierint, ex insito deinde per calorem spirituque coctionem primam sequentibus praeparabilem absolverent, cuius succus nullius partis nutrimentum ab intestinis, sive recrementum quoddam excretus a mesaraicis venis praeparantibus proindeque sanguificis ad portas elatus in iecore simul, eodemque calore in humores primarios, sive coctionis huius succum evadens in minoribus vasis ultimae coctioni pro succo secundarios habentur praeparatur.

Sed quoniam eandem excrementorum proventus non poterat, tot eorum quot coctionum eadem discrimina, primarum siquidem intestinorum eluviem egestio. alteram vero tum serum illud quod a renibus in vesicam opere perducitur derivatur, tum melancholicus succus omnium paucissimus, tum denique bilis nutricationi penitus iniusta consequitur. postremam tandem alia per insensibilem transpirationem ab interno calore manantem, quandam per sudores, succorum qui in corporibus dominantur nostris excreta, nonnulla denique singulis partibus propria in pilos et ungues et partium consumptiones abeuntia, vel per proprios ductus excrementitia varios nobis locorum affectus demonstrant.

Ergo triplicis Coctionis triplex praeparatio, Succus et Excrementum.

P.M.P. BIBLIOTHÈQUE

Proponebat Lutetiae M. Nicolaus Lambert Lutetianus. A. M.D.LXXII.

Domini Doctores Disputaturi.

M. Andreas du Brëuil. M. Henricus Blacuod. M. Joannes Stellatus
M. Claudius Bazin. M. Hugo Prevosteau. M. Philippus Alen.
M. Joannes Lamy. M. Nicolaus Ellain. M. Claudius Tariquet.